

1713

A S C E T I C I.

1714

VI. fol. 72. Sermo M. H. de H. de corpore christi. Initium: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Hoc verbum gen. 3^o capitulo scriptum &c.* Vol. I. P. 1. col. 823.

VII. fol. 80. p. 2. Incipit expositio R. M. Hainrici de bassia super oracionem dominicam. Initium: *Diuina sapientia rebus omnibus &c.* Dicata est Ekebaro Episcopo Wormaciensi, ut Indices utriusq. Vol. testantur.

VIII. fol. 89. p. 2. Incipit expositio M. H. de bassia super Aue maria; videlicet usque ad verba: *Sancta Maria, mater Dei.* Initium: *Aue Maria. procul dubio illam sancte matris ecclesie &c.* Vol. I. P. 2. col. 2205. duabus his Expositionibus accedit Expositio Symboli Apost. quae deest in Exemplo praesenti.

IX. fol. 94. Incipit speculum anime compilatum per Reuerendum M. H. de Hassia. Initium: *Anima mea noui quod curiosa sis &c.* Alias de Contemplatione. Vide, quae adnotavi Vol. I. P. 2. col. 2436.

X. fol. 104. Incipit tractatus de boris canonicis Reuerendi M. Hainrici de bassia sacre theologie professoris. Initium: *Ut doctorum testatur auctoritas &c.* Ad calcem adpellatur *Tractatus de distinctione horarum pro Canonicis orationibus correspondenter ad passionem christi.*

Ad calcem adscripti sunt *Casus excommunicationis soli pape reseruati ex decretalibus collecti et clementinis.*

DCCXV.

Codex membraneus lat. Sec. R. 3036 XV. Folior. 288. f. luculente et eleganter scriptus, rubricis enotatus, et non uno loco dictus *Monasterij Sancte Dorothee in Vienna* continet I. tres Tractatus Job. Gersonis Cancell. Paris. videlicet: *Tractatum de Contemplatione*, qui in Edit. *Opp. Antverp.* (dic Amstelaed.) T. III. P. I. col. 399. inscribitur: *Theologia mystica praetice conscripta*, et incipit: *Tractantes in lectionibus nostris iam a multo &c.* Et fol. 22. p. 2. *Tractatum de cautelis confessorum* in Edit. cit. T. II. P. 3. col. 446. inscriptum: *De Arte audiendi confessiones*, et incipientem: *Et si virtus, quam assuefactio gignit &c.* Demum fol. 29. p. 2. *Tractatum de remedio contra recidivum in peccata*, qui legitur Edit. cit. T. II. P. 3. col. 457. hoc Initio: *Habet hoc proprium ars quelibet &c.*

II. fol. 34. praemisso Capitulo Indice Incipit prologus in librum eruditionum, adde Religiosorum, quibus praeclarum hoc Opus scriptum Guil. Peraldus Ord. Praed. et non Humbertus de Romans ejusd. Ord. licet hujus nomen Editiones aliquae, et ipsa Bibliotheca PP. Lugd. T. XXV. p. 665. praeferat, quin et ipse Codex noster in fronte sua, ubi tamen rasura et rescriptio manifeste adparet. Ceterum ad opus ipsum nullum Autoris nomen comparet, et Prologus ita orditur: *Erudire Jerusalem, ne forte recedat anima mea*

1715

C O D I C E S

1716

a te &c. Multa in eo opportune congeruntur et monentur de crebra lectione prolixis orationibus in Claustris anteponenda, ostenditurque, etiam ibi ignorantiam, quae sola oratione non tollitur, multorum vitiorum matrem esse. Opus ipsum in VI. *Libros* tribuitur, qui in *Partes* abeunt, *Partes* in *Capita*. Verum plura dicendi officio Editiones me absolvunt, quae plures extant, ut videre est T. I. *Scriptt. Ord. Praed.* p. 134. et 148.

DCCXVI.

R. 1089 Codex chartaceus germ. Sec. XV. Folior. 232. 4. nitide, non tamen una manu exaratus, minio distinctus, et olim Domus Professorum S. J. *Viennae*, primitus vero *Ortholphi de Trenbach*, cujus jam hoc *Vol.* ad *Tractatum de Antichristo* memini, continet I. Opus de Poenitentia, Confessione et capitalibus Vitiis, eorumque remediis, inscriptum: *Dicz puch ist Cantnütz der sünden genant, vnd tut vns grozze ler bechant, vnd weist vns wie wir vns halten sulen zu dem ewigen leben.* Initium tale: *Unser lieber Herr Jesus christus der alle Dinck mit Seiner Parmhertzichait obervangen hat; Der hat dem menschen, der durich das sterkchleich mer dieser welt Schiffert vert, vnd der auch layder tickch versinckchen wil — zway schyff berait &c.* Has Naves esse Baptismum et Poenitentiam. *Darumb hab ich mir erdacht in uren des Durchlewchtigen*

Hachgebornen fürsten Meins genadigen Herren Herrtzog Albrecht Hertzog zu Osterreich &c. Etleich stuck vrchund vnd chrafft des scheffs der Puezz schreiben. Hoc igitur propositum exequitur Autor per Quaesita, quorum *Quartumdecimum* est: *Wem ain furst peichten sol?* Respondetur: Episcopo suo, enumeranturque Peccata, quibus praecipue Principes obnoxii esse possint. Haec inter censentur Bella iniusta, de quibus se *Libellum* peculiarem ad Ducem suum *Albertum* scripisse testatur Noster. *Albertus* hic non alius est, quam qui deinceps Imperator huius nominis II. fuit, ante diem raptus a. 1439. *Fol. 83.* carpit lulum *Mulierum*, narratque a *Viro* pio visum fuisse ridentem *Daemonem*, et caussam rogatum respondisse: *Ich hab meinen gesellen reyten sehen auf ainem langen Swancz, der ainer frawen gieng an irem gewant, vnd das die fraw bey ainer lacken den Swancz aufbueb, das mein gesell icht gemayligt würd, vnd do viel mein gesell in die lacken, vnd des hab ich gelacht.* Notantur diserte beslagen *riem* oder *seydein gürttel*, die *gelb varib an slayru*, die *frömder lewt har auf ir haupt seczent*, oder die *ir antlucz mit varib bestreichent.* Multa per decursum huius *Tractatus antiquata Vocabula* pro *Glossario* legi posse, non est, quod moneam.

II. *fol. 121.* incipit longa *Narratio* de *Georgio* nobili *Hungaro*, qui *Purgatorium S. Patritii* in *Hibernia* a. 1353. invisit, cujus *Exemplar*